RECHTSGUTACHTEN

Bayern/Österreich, nach 1586 Seite 65r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

mit dero kaufbriefen als die Gotsheüser transferiert worden und herkommen gewesen.

Neq hoc casu obyci aut retorqueri potest, ex hac temporis antiquitate praesumi potius consensum Domini initio fuisse adhibitum, fortiter enim refragantur ea, quae iam proxime deducta sunt, tanquam longe verisimiliori & fortiori subnixa Juris praesumptione, sicq firmior ac probabilior praesumptio tollat infirmiorem L. diuus ff. de in integr: restit: & ibi glos: verb: existimaui &c. & L. non solum ff. de ritu nupt: L. mater. C. de Calum: cum similibus &c Et post alios nouissime Menoch: lib. i. de praesumpt: Quaest. 30. Ubi etiam n. 3. post Bald. allegatum, ~~scite~~ scite inquit, potentiorem verisimilitudinem tollere minus potentem & d. q. 29. n. 10. quod semper illa praesumptio uel coniectura ualidior & potentior est quae uerisimilitudini magis conuenit. Item. n. 13. illam praesumptionem uel coniecturam firmiorem & potentiorem esse, quae sit negatiua quam quae sit affirmatiua, & sic in praesenti casu potius praesumendum ante uenditionem hanc, Domini consensum (utpote non necessarium ad hoc reputatum) neq requisitum